Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26062
Copyright: Admont, Benediktinerstift

cum arma dederant et milites ipsius interfecti letaliter vulnerant et prosternunt quia via sibi ne-
cessario patefacta quoslibet occurrentes letaliter vulnerando. Dum peruenisset ad illos qui
Polidamam captum ducere intendebant furibunde sic irruit contra eos quod triginta
interficit ex eis. Illis Polidamam dimittentibus conuersis in fugam et sic in Hectoris
miraculosa uirtute Polidamas extitit liberatus. Tunc Rex Epistropus et Rex
Thelamonius cum eorum aciebus omnibus conuenientes in unum contra Troianos sic pote-
ter insistunt quod eos per uiolentiam conuertunt in fugam et campum quem necesse deserere compel-
lunt non obstante quod Hector erat tunc inter eos qui de se mirabilia defendendo cum
aduersus tot resistere nequiuisset. Et quia equum suum sub eo interfecissent, pedes
ab eis uiriliter se defendit quod nullus ex Grecis tam audax extitit aut secu-
rus qui in eum manus mittere presumpsisset. Naturales quidem fratres sui uidentes Tro-
ianorum exercitum quasi deuictum et Hectorem non uidentes conuenerunt in unum. Que-
rentes eum sollicite inter turmas sic quod ipsum uirtuose peruenerunt. Thelamoni-
um letaliter vulnerauit et Dianadaron unus ex fratribus ipsius irruit in Polixe-
num quendam Grecorum nobilem admiratum qui quondam potentem et fortem dextrarium equi-
tabat et ipsum potenter impellens dextrario priuat ab ipso. Et ipsum per habenas ac-
cepto ipsum Hectori pedes pugnanti obtulit quem statim Hector ascendit. Illic omnes
predicti fratres Hectoris naturales contra Grecos fecerunt miracula in armorum uirtutibus
de se ipsis. Tunc superuenit Deiphebus cum tota acie sua quam deputauerat sibi
Hector cum illis uidelicet de Perona arcus habentibus et sagittas cum quibus uulnera-
uerunt multos ex Grecis. Et ipse Deiphebus Regem Tentium in facie grauiter uul-
nerauit. Troiani itaque qui iam fugam arripuerant audacitate resumpta ad pugnam
redeunt. Quare bellum durius instauratur. Theseus predictus dum contra Troianos
militariter insisteret. Quintilienus unus ex filiis naturalis regis Priami et Rex Cedernus
cum eo in Theseum irruunt ipsum capiunt et captum interficere moluntur. Aduersus quos
Hector exclamans ne ipsum offenderit dimiserunt illum et iussu Hectoris cum libere
permisit. Qui Hectori humiles grates reddit et liberatus accessit ad Grecos.
Tunc ex parte Grecorum uenit ad bellum Rex Thoas cum illis de Calcedonia et Phi-
lotoas cum eo qui se ingerunt in certamen. Rex autem Thoas irruit in Cassibilam
unum ex filiis regis Priami et uidente Hectore fratre suo sic grauiter eum percussit
quod mortuum eum priuat ab equo. De cuius morte Hector nimium exacerbatus et do-
lore commotus in confusionem Grecorum dum aspirauit nam milites interficit ex eis
Nunc alios uulnerat nunc alios prosternit ab equis. Sic quod in uirtute sue potentie
et audacitate suorum Greci sunt dare terga coacti. Item ex parte Grecorum superuenit
Nestor cum quinque milibus pugnatorum. Contra quem uenit obuiam Rex Helosias et Rex
Phion in comitatu suo et illis qui erant de agrestia subducti. Iecorias filius regis
gentis illius bellum et conflictum inter utrosque ex quo occisorum sequitur magna et
strages. Rex uero Phion uiriliter preliauit milites ex Grecis interficit. Demum

qualiter hector fortissime [illegible] interficit xxx grecos

qualiter theseus captus [illegible] hectoris [illegible]

[illegible] interficit cassibilas [illegible] filius regis priami